a) filio c. [corr. marchionem, ut videtur;] filiū.
b) e huc (e[t] huc) c.

lißenick

Hinricus capitur per dominos de Anhalt.

lißenick

lißenick [cf. tum, ut videtur c (corr.)] magd
1
ffred.

Hic evasit carceres.

d) tüssonam c. +f. CCLXVII b.

Kothen civitas expugnatur.

Castrum Werbin destructum est et Tuch. expugn.

Monasterium in Zuzelitz.

d) IX vecchimane deletum.

[Hic: corr. man. rec. in ... LXXX]
4c
(e) additum man. rec. in marg.: anno domini MCCCLXXXVIII.
... fol.

m
Misnen

48. Theodericum [dericum] marchionem, filium Hinrici marchionis adhuc viventis, in auxilium sui evocabant, qui collecto exercitu eis in auxilium cum Frederico patruo suo, filio Alberti Thuringie lantgravii et comite de Lißenick rogatus advenit. Quadam nocte, dum marchio in papilione sua securus in lecto cum suis quiesceret, ipsi Saxones Sifridus et Bernhardus de Anhalt ipsum dominum in lecto suo cum patruo Frederico et burgravio de Lißenick captivaverunt contra honorem et iusticiam. Marchio ductus in castro Werbin primo et post ad alia castra plura ipsius ecclesie Magdeburgensis. Sed Fredericus tunc cum burgravio de Lißenick ducti fuerunt in castrum Lippene, ubi ambo quadam nocte ruptis carceribus evaserunt. Fredericus libertate captata congregavit omnem exercitum magnum et validum terram trans Tonam et omnem regionem illorum de Anhalt devastare, concremare, depredari cepit, civitatem Kothen expoliavit et in totum succendit. Tandem Theodericus se redemit cum omnibus suis captivis et post redempcionem obsedit castrum Werbin et cepit et expugnavit ac funditus destruxit. In sequenti anno castrum Thuch, quod archiepiscopus Magdeburgensis construxerat prope Liptzk, funditus etiam destruxit, prout hodie ruine cernuntur ibidem. Iste Theodericus duo fundavit monasteria ordinis sancte Clare, unum in Wißenfels, aliud in Suzelitz mortuusque fuit ante patrem suum Hinricum anno MCCCLXXXIX sepultusque fuit in Sußelitz. Post hoc mortuus fuit Hinricus illustris princeps et in Cella apud patres suos sepultus. Reliquit autem Thedericus duas filias, quas Wißenfels monachas fecerat et unum filium Fredericum nomine Tute, qui duxit uxorem filiam ducis Bavarie. Hic fuit princeps et marchio Misnensis et de